

Epponis Novariensis electi, Hermanni marchionis de Saxonia, Godefridi palatini comitis, Amedei comitis de Burgundia, Lothariensium vero Requiri Tullensis episcopi et Folmari comitis conscribi iussimus et sigilli impressione insigniri precepimus. Si quis vero, quod absit, hoc nostre authoritatis preceptum infringere presumpserit, auri libras decem et 5 centum argenti, medietatem camere nostre et medietatem monasterio supra dicto persolvat.

Data xv. kal. apr., indictione vii, anno incarnationis dominice mxciv, regnante Henrico iv. Romanorum augusto anno viii, imperante tertio; actum est Strasbore; in Christo feliciter.

43.

10 *Kaiser Heinrich V., dem die Allode des verstorbenen Grafen Ulrich von Weimar zugefallen sind, bestätigt die auf Vermittlung verschiedener Großer, darunter des Markgrafen Hermann, desselben Ulrich dem Erzstift Mainz gemachte Schenkung einiger Hörigen. Worms, 1114 April 14.*

Hdschr.: Or. Perg. Reichsarchiv München. Phot. H. St. A. S. gut erhalten = Heffner III. 29.

Gedr.: Mon. boica 29^a, 233. Stumpf 3112.

15 C. :In nomine sanctae et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. | Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos ego videlicet Henricus quartus Romanorum imperator augustus interventu | et iusta petitione fidelium et principum nostorum Bvrchardi Monasteriensis episcopi, Ottonis Bauernbergensis episcopi, Reinardi 20 Halberstatensis episcopi, | Adalberonis Metensis episcopi, Herimanni etiam marchionis, Godefridi palatini comitis, Alberti comitis, Berengarii comitis de Sulcebac traditionem, quam Ölricus bone memorie de Winmar ecclesie Maguntine per manum Hervini comitis de Turingia fecit, Dietmarum videlicet quendam et filium suum etiam Dietmarum nominatum et Timonem nepotem illius et Bertam etiam filiam supra dicti Tietmari cum filiis 25 et filiabus suis supra dicte ecclesie perpetuo iure habendos tradidit. Nos quoque, ad quos allodia supra dicti Ölrici communi iudicio principum nostrorum devenerunt, eandem traditionem laudamus et proprio privilegio confirmamus hac videlicet conditione, ut nulla deinceps persona magna sive parva supra dictos homines molestare vel inquietare audeat. Si vero forte, quod absit, aliquis huius nostre concessionis paginam violare presumpserit, 30 centum libras auri componat medietatem camere nostre, medietatem supra dictis hominibus. Ut autem hoc verum esse credatur et ab omnibus inviolabiliter conservetur, hanc cartam inde conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli insigniri iussimus. Hoc etiam omnes scire volumus, quod supra dicti homines cum eadem iusticia, quam illi, qui Theuthonice dienestman vocantur, supra dicte ecclesie dati sunt.

35 :Signum domni Henrici quarti Romanorum imperatoris (M.) invictissimi.: (S.J.)

:Bruno cancellarius recognovit.:

Data xviii. kl. maii, indictione vii, anno dominice incarnationis millesimo c xiiii, regnante Henrico quinto rege Romanorum anno viii, imperante iii; actum est Warmacie; in Christo feliciter amen.